Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



meo de filiis hominum ut probaret eos
dominus? et ostenderet similes se bestiis.
Idcirco unus mortis est hominis et iu
mentorum? et equa utriusque sortitio. Sicut
morietur homo sic et illa morientur.
similiter spirant omnia? et nihil habet
homo iumentis amplius. Cuncta
subiacent vanitati? et omnia pergunt
ad unum locum. De terra facta sunt? et in terram
pariter revertuntur. Quis novit si spiritus
iumentorum descendat deorsum? Et de
prudentia nihil esse melius quam letari
hominem in opere suo? hanc esse partem
illius. Quis enim eum adducet ut
post se futura cognoscat?

filios adam asinidae suis? et si sic

IIII.

Rursum me adiecit et vidi calum
nias que subsole geruntur? et
lacrimas innocentium? et neque
latorem neminem? nec posse resistere
eorum violentie. amicorum auxilio destitu
tos. Et laudavi magis mortuos
quam viventes? et feliciorem utroque iu
dicavi. qui necdum natus est? nec vidit
mala que fiunt subsole. Rursus cum
pavisset omnes labores hominum?
et industrias animadvertit patere invidie
proximi? et hoc esse vanitas? et cura spiri
tus est. Stultus complicat manus suas?
et comedit carnes suas dicens. Melior
est pugillus cum requie? quam plena ut
traque manus cum labore et afflictione
animi. Considerans rursus et aliam va
nitatem subsole. Unus est et secundus non
est. non filium non fratrem? et cum laborare
non cessat? nec satiantur oculi eius
divitiis. nec recogitat dicens. Cui
laboro et fraudo animam meam bonis?
In hoc quoque vanitas est? et afflictio pes
sima. Melius est duos simul esse?
quam unum. Habent enim emolumentum
societatis sue. Si unus ceciderit? a val
tero fulcietur. Ve soli? quia cum ce
ciderit. non habet subleuantem se. Et si
dormierint duo? fouebuntur mutuo.
Unus quomodo calefiet? Et si obstiterit ei
valuerit? a uno duo resistunt et fu
niculus triplex difficile rumpitur.
Melior est puer pauper et sapiens? re
ge senem et stultum. qui nescit providere
in posterum. Nam et de carcere catenisque in
territorium quis egressus est ad regnum?
et alius natus ad regnum? inopia con
sumatur. Vidi cunctos viventes? qui
ambulant subsole? cum adolescente
secundo qui surgit pro eo. Infinitus est
numerus populi omnium qui fuerunt ante eum?
et qui postea futuri sunt non letabuntur
in eo. Sed et hoc vanitas? et afflictio spi
ritus. Custodi pedem tuum ingrediens do
mum dei? et accedere ut audias.
Multo enim melior est obedientia?
quam stultorum victima? qui nescunt quid
faciant mali.

V.

Ne temere quid loquaris? neque
cor tuum sit velox ad proferendum
sermonem coram deo. Deus
enim in celo et tu super terram? idcirco
sint pauci sermones tui. Multas cu
ras sequitur somnium? et in multis sermo
nibus invenitur stultitia. Si quid voves
deo? ne moreris reddere. Displicet eum
et infidelis et stulta promissio? quam
si non vovis reddere. Multoque melius est
non vovere? quam post votum pro
missa non reddere. Ne deleris os tu
um ut peccare facias carnem tuam?
neque dicas coram angelo non est pro
videntia? ne forte iratus deus super
sermones tuos dissipet cuncta opera
manuum tuarum. Ubi multa sunt somp
nia? plurime vanitates? et sermones in
numeri? tu autem dum time deum. Si videris ca
lumnias egenorum? et violenta iudi
cia? et subvertit iniquitatem in provincia? no
mireris super hoc negotio? quia excel
so alius excelsior est? et super hos quoque
eminentiores sunt alii? et insuper omni
bus terre rex imperat servienti. Avaro
non implebitur pecunia? et qui amat
divitias. fructus non capiet exitus.